super premissis congruum remedium adhibi-
tum indulta hactenus quibuscumque personis sive eccle-
siasticis prelatis et aliis regularibus et non regula-
ribus sive secularibus principibus videlicet et aliis
minoribus et quorumcumque locorum capitulis seu colle-
giis conventibus communis sive communitatibus ab
eodem predecessore nostro vel etiam a nobis concessa non tamen principes
ipsi sive reges aut uxores vel filii
seu fratres regis aut alii magistri sub-
limes quod vim attingunt a predicta sede silenti-
um habuisset totaliter auctoritate apostolica revo-
camus ita quod deinceps nullum robur nullum-
que vigorem optineant nec premissi per ea iu-
vare se ulterius valeant vel tueri nulli
ergo etc. Datum Anagnie xv. Kal. septembris
pontificatus nostri anno i. ¶ Idem ad perpetuam me-
moriam. Omnia non nullis personis tam ecclesiasti-
cis quam secularibus quod interdici suspendi
vel excommunicari aut quod eorum terre subici
non possint ecclesiastico interdicto et quibusdam
ad certum tempus quibusdam sine temporis determinatione
a sede apostolica dicuntur esse indulta propter quod a talibus
sumant multa malignandi materiam et
audaciam delinquendi. Nos super hoc providere
volentes omnia huiusmodi apostolica indulta quibuscumque
personis concessa in quantum per ea ordinariorum
iurisdictio impeditur et enervatur totaliter
de fratrum nostrorum consilio revocamus. ita quod ydem ordina-
rii in personas et in terras ipsas regibus et re-
ginis ipsis necnon regum ipsorum filiis
et fratribus ac ipsorum uxoribus et eorum filiorum
fratrum terris sic exceptis iurisdictionem suam
talibus indultis nequaquam obstantibus valeant
exercere ad eos pertinentem exceptione. Nulli ergo etc.
nostre revocationis etc. Siquis etc. Datum
De privilegiis (?) R Lat. iiii. Kal. april. pontificatus nostri anno i. ¶ Idem.
Sane quamvis iusto dei iudicio celesti
imperatoris vestigiis inherentes
spirituali deceat gaudere cruce signatos

immunes (?) a collectis et talliis atque gravaminibus
quo ad personas et bona post crucem assumptam sub
beati petri et nostra protectione pro tempore suscepimus
statuentes ut sub archiepiscoporum et omnium prelatorum
ecclesie dei consistant protectione propriis nichilominus
ad hoc protectoribus specialiter deputandis ut donec
de ipsorum obitu vel reditu cognoscatur
integrum maneant quieta et si quis contra presumpserint
per censuram ecclesiasticam compellantur. Siqui vero proficiscentium
ad prestandas usuras iuramento astricti te-
nentur creditores ut remittant eis prestitum
iuramentum et ab usurarum exactione desistant
eadem precipimus districtione compelli quod siquis credi-
torum eos ad solutionem coegerit usurarum eum ad
restitutionem earum cogi simili animadversione mandamus.
iudeos vero ad remittendas usuras
per secularem compelli precipimus potestatem et donec
illas remiserint ab omnibus christi fidelibus per excommunicationis
sententiam eorum communio denegetur. hiis vero qui iudeis
debita solvere nequeunt in presentiarum principes se-
culares utili dilatione provideant et post iter
arreptum usque de ipsorum obitu vel reditu
certissime cognoscatur incommodum non incurrant
compulsis iudeis proventus pignorum quos ipsi
interim ipsos perceperint in sortem deductis expensis computare
sic necessariis computare vel occupare non
¶ Cum dominum (?) ¶ Gaudeant ¶ Idem
Cum (?) fidelis mundi partibus multi confluant ad sedem
apostolicam qui matrie (?) nos ad quietem tam ipsorum quam
aliorum omnium apud sedem apostolicam convenientium et pietatis (?)
paterna sollicitudine intendentes ut sit eis
mora hic fructuosa providimus quod ibidem decretorum
regentium (?) vel sugatur studium litterarum quam in aliis
ac ipsis beneficia a quibus reficiuntur assidue
ipsi fuerint ubilibet faciente. Unum (?) tamen in
facultate quibus in utroque iure canonico et civili
ad hoc statuta solarium (?) consulatur. volumus
et statuimus ut studentes in scolis ipsis
penes sedem eandem talibus privilegiis

De privilegiis studentium in curia